

PRIMA LIBELLI HVIVS

PARS SINGVLOS APERIT INSTRVMENTORVM


propositorum ductus, lineas, circulosq; in eodem contentos, quid etiam sibi
velint, Et quomodo instrumenta illa vsui cōmode sint paranda.

PROPOSITIO PRIMA.

¶ Quadrantem in partes duas diuisum, & ex iis
faciem eiusdem primum ob oculos ponere.

IN Manus hic principio ipsum adsumo Quadrantem, instrumentū nimirū illud quare
tam circuli partem complectens. Et iste quidem partes duas continet, Anteriorem hanc
quam faciem dicimus, in ea vero altitudines Solis, Lunæ aliorumq; tum Planetarū tum
syderum, sed & vsus alij omnes ibidem contenti queruntur. Partem autem illam alteram
tergum appellamus, sicuti deinceps suo loco ad oculum in ppositita cōspicietur figura.

Typus partis anterioris seu
faciei Quadrantis propositi



A : PRO